



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XV. De Sententia diffinitiva.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

dinaria pena J. id est arbitrio imponenda, puniatur.

Sex. d. Rei defensiones, excusationes, exceptiones, si quas opponat, scelus odio, vel amore, an liti sufficientes expendat, quod si falso eis culpari dubiam reddant, Reus à Visitatore absolvatur.

Demum in processu examine interrogatorii articulos omnes, & circa illos singulos Testium depositione percurrat, & in unoquaque articulo notes, que circa illum articulum à Testibus dicuntur, & sic discutendo per omnes articulos, circa unumquemque articulum Testium dicta fedeliter conferat, & in quo si sunt conformes, & conentes adverterat, v.g. circa secundum articulum sunt duo Testes, qui tunc in omnibus inveniuntur conentes: præterea circa eundem articulum est alius testis, qui in aliis Testibus substantialis discrepare videatur: præterea est alius, qui tantum loquitur de auditu, &c. & sic circa singulos articulos diligenter discutat, ita ut totius processus probationes facile comprehendantur.

Septim. Præterea si Reus juridice culpam fateatur, aut si q. amvis neget, juridice probetur per duos Testes oculatos, fide dignos, concordes, quotum quilibet integrè de culpa deponit, puniendus est.

Octav. Neminem sine predicto Testium numero condemnat, in g. avioribus autem delictis majoribus tamen est querendus.

Nond. Si pena criminis per Canones, vel leges, cum quibus dispensare nequaerat, diffinitatur, totam Reo irrogabit, nisi communis bono aliquo modo judicaverit convenienter, ut lenientur.

Decim. Si pena criminis sit arbitria, propondat potius ad misericordiam, quam ad rigorem: caveat autem, ne nimia benignitas adiutum prebeat laxitatem.

Undecim. Inter penas extraordinarias enumeratur Correctio verbalis, que pro ratione criminis, & persona usurpanda erit. Sors de ratione regendi secreta, membr. 2. q. 4. concl. 3. que vero pro qualitate delictorum penas sint à Judice in sua gaudia, plenius in Tractatu de penis distingueamus.

## C A P V T XV.

### De Sententia diffinitiva.

V. Visitator sententiam prolatus diffinitivam debet in narrativa summarie articulos propone, qui substantiam delicti continent, & cum opus fuerit, causam sententiae exprimere, quamvis id non sit necessarium, ut dicitur in Cap. Sic ut de re judicata, juncta Glossa, verbo, exprimitur, & Abbas ibidem: sententiamque in scripto conceptam coram Reo, si fuerit praesens, alisque prout ipse judicaverit expedire, proferet.

Sententia autem debet omnino esse consonans his, que in processu conuentur, atque in illo probata sunt, nullatenus processus limites excedendo, ferri enim debet secundum allegata & juridice probata.

Præterea sententia poterit iuxta denuntiationem, Thom. à Iesu Oper. Tom. L.

nem, processum superius formatum simili tenore profecti.

### FORMA SENTENTIAE DIFFINITIVÆ.

Nos Fr. N. ab N. Visitator Spiritus sancti nomine implorato, à quo cuncta & integra iudicia recte procedunt, in causa contra P. N. ab N. Procuratorem hujus Monasterii coram nobis pendente, & per processum in scripto formatum deducta, receptique in ex utraque parte probationibus oblatu, biu omnibus accuratisime perpenitus, & ad plenam cognitum pronumiamus, ac decernimus, predictum P. N. ab N. Procuratorem graviter peccato proprietatum contra votum pauperis in multis gravibus delictis peccasse, tam in sororibus pro Monachis ne facultatibus a predicto N. sine licentia exhibitis, quam in aliis donationibus, nempe trium annolorum auctorum donatorum uniconguine ab eodem P. N. (ut ipse etiam in sua confessione faciet) temere factu delinquisse, ac in hujus delicti panitia precipimus, in carcere per tres annos includendum, ibi reiungipans & aqua in panaria tanti sceleris semel in qualibet hemidomada macerandum, reservante nobis facultatem moderandi, vel dispensandi in predictu. Acta, lata, & lecta sunt hac sententia & publicata in Monasterio nostro N. sive in cellula nostra per me Fratrem N. ab N. Visitatorem hujus Conventus predicti Patre N. presente & audiente (si ibi praesens fuerit) & Testibus infra scriptis, qui propria manu subsignarunt.

Die	Mensis	Anno
-----	--------	------

Locus + sigilli.

Fr. N. Visitator.      Fr. N. Notarius.

Fr. N. & F. N. Testis.

## C A P V T XVI.

### De sententia ferenda in absolutione innocentium.

**I**n causa vero quod praetensus Reus innocens omnino inventatus, necessario debet per sententiam diffinitivam innocentem etiam declarari, ac sive fama, & honoris satisfacere.

Quando autem vero dici possit Reus innocens, nota, duos esse innocentia gradus. Primus est, quando nihil est probatum contra Reum, neque adiunt indicia, quibus juridice possit citari, vocari, seu examinari, cum videlicet innocentia adeo est perspicua, ut ex nullo capite contra eum aliquid inveniatur. Secundus vero gradus est, quando adiunt indicia aliquid probata, licet non sint plene evacuata, nihil tamen inventitur probatum, quod sit sufficiens ad Reorum punitionem.

In primo gradu innocentia Reus innocens declarandus est, non vero in secundo.